

Alte Drucke

PSALTERIVM || LATINVM DAVIDIS || PROPHETAE ET REGIS || CVM FAMILIARI ET PIA EX-||POSITIONE, AC BREVI NOTATI-||one artificij Rhetorici pertinentis ad ...

Corner, Christoph

Leipzig, 1575

VD16 B 3231

LIBER TERTIVS

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148286

Deus glorificetur. (1) iuxta promissionem Abrahæ factam,
Genes. 12. Gala. 3. *Locus de vocatione gentium.*

Benedictus D O M I -
N V S Deus, Deus Israel,
qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen
maiestatis eius in æter-
num: & replebitur ma-
iestate eius omnis terra,
Amen, Amen.

*ficus: quia æternus, quia omnipotens est, & ubique gentium
presens.*

*Teroratio cum gratia
rumatione. Sit ergo laus
illi Deo & Domino.*

*Quia seruator creden-
tium.*

*Quia mirabiliter libe-
rat & saluat suos etiam
in nouo testamento notia
& natura rationique ig-
notis operibus atque bene-*

Finiunt orationes Davidis
filij Isai.

LIBER TERTIVS

LXXIII.

Psalmus Asaph.

*Didascalicus est & consolatorius, scriptus ab A-
saph ad imitationem Psalmi 37. Davidis.*

*Occasio. Vidit Asaph pius grauiter offendi, saepe
etiam indignari cum animaduertunt impios flo-
rere: Ecclesiam vero affligi & arumnosam esse: s
hoc Psalmo istos erudit & monet, ne offendantur
tali scandalo, sed pendant toti a Deo & conso-
lentur se verbo Dei, & patienter expectent libe-
rationem ab eo qui perdat impios, & seruet
suos.*

*Loci communes. De felicitate piorum, etiamsi in
hac vita affligantur. De tristi conditione &
exiit impiorum.*

Q

Quam

Quam bonus Israël
Deus his, qui puro
sunt corde.

Mei autem pene moti
sunt pedes: pene (a) ef-
fusi sunt gressus mei.

*Notatio graui lapsus & peccati defectiois. (a) extra
fiduciam erga Deum.*

Quia zelo ardebam su-
per iniquos, (b) pacem
impiorum videns.

*Ratio lapsus ex filii-
tate impiorum, ut causa
& obiectio, cuius est hic ce-
piosa hypographe, hanc
intuens vix sese continet quin indignetur, & abiciat verbi ci-
solationes. (b) externam.*

Quia non sunt in (c)
ligaminibus mortis: &
firmum palatium eorum.

*(c) Morbis tanquam
vinculis ad mortem tra-
himur.*

In miseria hominum
non sunt: & cum homi-
nibus non affliguntur.

*1. Quia sunt pacati.
2. Non sunt morbosi.
3. Sunt locupletes, &
prauulidi.*

Ideo tenuit eos super-
bia: operi sunt violentia
tanquam veste.

*4. Sunt leti & non i-
ruminosi, neque vlla erui
ut Ecclesia premuntur.*

Prominet præ pingue-
dine oculus eius: gradi-
untur secundum cogita-
tiones cordis.

*Descriptio eorum a
moribus.*

Derident & locuti sunt
nequiciam: calumniam
de excelso locuti sunt.

*5. Sunt superbi. Effectus
rerum secundarum.*

*6. Violenti.
7. Insolentur verbis se-
cundis.
8. Faciunt omnia cogi-
tata animi, etiã turpiter
quam cogitare possunt.
9. Irrisores.
10. Malitiosi & arro-
gantes calumniatores, Thrasiones alioqui, & oppressores pau-
perum.*

Posue.

Posuerunt in cœlum os suum : & lingua eorum tranſiit in terra.

Ideo conuertetur populus eius eo : & vt aquarum plenitudo accumulatur eis.

& proſitione deterretur. *Spe lucri & commodorum huius vita, prœteriale eſt.*

Et dixerunt : nunquid ſciret Deus ? & (d) nunquid eſt ſcientia in excelſo ?

Ecce ipſi impij & abundantes in ſeculo, poſſederunt diuitias.

Ergo fruſtra mundaui cor meum, & lauï in innocentia manus meas.

Et fui flagellatus tota die : & caſtigatio mea matutina.

Si dixerò, dicam vt ipſi dicunt : ecce generatiõnem filiorum tuorum reprobarem.

eſſe execrandam propter afflictiones.

Et cogitabam vt (e) ſci-rem hoc : ſed difficile erat in (f) oculis meis.

11. Volant ſcire diuina, cœleſtia & terrena, atq; his diſputant & iudicant.

De Deo & hominibus male loquuntur.

12. Propter hanc felicitatem multitudo eis applaudit, eos ſeſtatur, & cruce, periculum atque miſeria ab Enangely ſtudio

13. Impij negant prouidentiam Dei, & blaſphemi ſunt.

Mimicus.

(d) neſcit Deus, nequæ curat quæ in terris geruntur, vox Epicureorum.

Occupatio. Si malus tam eſt bene, cur ego innocenter vixi, & aduerſa tam diu pertuli, tot & tanta ſuſtini certamina ?

Hac eſt lucta piorum valde grauis & acerba contra hoc ſcandalum in impiorum felicitate.

Conſirmat ſeipſum exemplo totius Eccleſiæ. Si iudicandum eſt ex fortuna, & euentibus externis dicam totam Eccleſiam

(e) quare Deus ſinas florere malos, & pios cruci ſubiiciat.

mentum factus sum co-
ram te.

Sed ego semper tecum :
tenuisti manu dexteram
meam.

Et in consilio tuo de-
duxisti me : & cum gloria
suscepisti me.

Quem in cælo & in ter-
ra præter te desiderarem ?

*profiteris suam quod in solo Deo
creaturæ etiam in cruce. Collatio Dei & creaturarum.*

Cum contabescunt ca-
ro mea & cor meum : tu
petra cordis mei : & pars
mea Deus in æternum.

Quia ecce qui elongant
se à te peribunt : perdis
omnes, qui fornicantur
à te.

Mihi autem adhærere
Deo bonum est : posui in
Deo D O M I N O spem
meâ : vt annunciem om-
nia opera tua.

*Dei iudicium non intel-
ligat præ soliditate qua
est rationis & carnis.*

*Alia consolatio, qua
se erigit, Quamuis affli-
gor, tu tamen mihi ades.*

Sustentas me ne labar.

Regis me ne aberrè a te.

*Me post crucem gloria
ornas.*

*Quia non est alius, qui
epitulari potest.*

*In spiritu lato fidem
confidat, neglectis omnibus
Dei & creaturarum.*

*Peroratio. Quare etsi
consumor in arumnis &
hac lucta, tamen spero in
Deum.*

*Ratio per antithesin,
Qui declinant a Deo &
querunt alia præsidia
mundi peribunt vt impij.*

*Qui pendunt a solo Deo
salui sunt. Applicat sibi
fructum fidei, & se bea-
tum predicat, quod spe-
ret in Domino.*

*A causa finali, cele-
bratio beneficiorum & mi-
raculorum Dei.*

L X X I I I I.

Eruditium Asaph.

Psalmus petitorius est cum grati querela. Petis

2 3 vt Deus

ut Deus suam Ecclesiam regat & tueatur contra furones & vim hostium eius.

Occasio. Præsidit in spiritu Asaph, fore ut aliquando Chaldaei & Antiochus, & postea gentes vastarent templa Dei, tollerent suos cultus, & in populum Dei saevirent. Ideo prophetica hac oratione & querela est usus. 4. Regum c. 25. Es in libro Maccabæorum. Nos hodie oremus, ut idem Deus suum populum, Ecclesias, scholas & religionem veram, benigniter defendat & protegat.

Locus. De invocatione sub persecutione.

VT quid Deus repulisti in perpetuum? iratus est (a) furor tuus super oves pascuæ tuæ.

Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.*

* Elefiam ante conditionem mundi.

Redemisti (b) virgam hereditatis tuæ, montem Sion, in quo habitasti.

ex Egypto, & sanguine filij tui. *Translatio a Geoderiu.*

Leua pedes tuos in devastationem perpetuam omnium hostium, quia mala fecerunt (c) sanctuario tuo.

Et (d) rugierunt aduersarii tui: in medio tē-

Propositio per interrogationem patheticam.

Noli desereretuum carum, sed defende.

Anthropopathia.

Translatio ab equo irato cui naris sumat.

Confirmatio inseritur propositioni ab beneficio.

Quia oves tuas quasi paupers.

Quia cæcus tuus proprius in quo ut proprius domicilio habitas.

Quia redemi a te, & (b) sortem vel partem.

Petitio, surge & acciterra ad excindendas hostes.

A necessitate. Quia affligunt Ecclesiam tuam.

(c) in templo tuo.

Narratione amplificat necessitatem ex hostium cru-

um cru-

um cru-

um cru-

pli tui posuerunt idola sua
signa. (c)

Visus est impius tan-
quam adducens sursum
in densitatem arborum
secures.

Et nunc sculpturas eius
simul bipenni & malleis
dissecant.

Incenderunt igni san-
ctuarium tuum: ad ter-
ram polluerunt taberna-
culum nominis tui.

(f) Dixerunt in corde
suo, deuasabimus eos si-
mul: incenderunt omnia
tabernacula Dei in terra.

Signa nostra non vide-
mus: iam non est pro-
pheta: & non est nobis-
cum, qui doceat, vsque-
quo? *

Vsquequo ó Deus có-
uicium dicet inimicus? &
blasphemabit hostis no-
men tuum in perpetuú?

Quare auertis manum
tuam: & dexteram tuam
de medio sinus tui prohi-
bes?

um crudelitate & impie-
tate.

(d) more leonum.

(e) trophæa victoria.
Similitudo, Hypotyposis
secantiú ligna.

Opera sculpta & ostia
auro tecta.

4. Regum 25.

Templum tuum, in quo
posuisti nomen tuum, vs
in eo habitet, Deuter.
12.

(f) statuerunt.

Mimesis.

Synagogas, vel totum
templum ad abolendum
nomen Dei.

Querela grauius Iuda-
orum. Caremus signis do-
centibus presentiam Dei,
presidio diuino, prophetis,
verbo & doctore.

* duratura sunt hæc
mala, Eclipsis.

Ab honesto & iusto,
quia blasphemii sunt &
maledicunt.

Eclipsis, quousque dis-
rabunt hæc mala? cum
quadã indignatione hæc
dicuntur.

Repetitio est proposi-
tionis. Protege tuos, quos
tanquam in sinu sinera
soles, vel, profer manú de
sinu

2 4 sinu

finu tuo, ne cessas, ad perdendum hostem, a more otiosorum hominum locutio.

Deus autem Rex (f)
meus ab initio : operatus
est salutem in medio (g)
terre.

(f) tulit mihi auxiliū, cum educeret populum ex Egypto.

(g) in conspectu oronism.

Tu dissipasti in virtute
tua mare : contriuiisti ca-
pita draconum in aquis.

Tu confregisti capita
ceti : dedisti eum escam
populis (h) deserti.

Tu facis scaturire fon-
tes & torrentes : tu sicca-
sti fluuios magnos.

Tuus est dies & tua est
nox : tu fabricatus es lu-
men & solem.

Tu fecisti omnes terminos terre : ætatem &
hyemem tu plasmasi ea.

Memor esto huius,
quod inimicus imprope-
rauit D O M I N O : & po-
pulus inspiens blasphemauit nomen tuum.

Ne tradas bestię (i) a-
nimam (k) turturis tui : &
animas afflictorū tuorum
ne obliuiscaris perpetuo.

*Ex anteaclū ū mihi
semper affuit, a facili, ex
potentia Dei, qua decla-
ratur narratione priorū
beneficiorum. A maiori.*

*Dedisti viam per mare
rubrum, deleto Pharaoni
& purpuratis eius.*

(h) feris & piscibus.

*Cum in deserto expe-
tra quam Moses seruabat
effluxit aqua.*

*Insiisti frare aquas lor-
danis ut scopulus, ut trā-
sire populus posset.*

*Potens et conditor &
gubernator cali & terra.
Ergo potes adesse Ecclesia
in quouis periculo.*

*Congeries causarum
propter quas petit defen-
sionem.*

*Quia sunt blasphemii,
sed Deus gloriam suam
asserat.*

*(i) Antiocho & alijs
hostibus, auxesis.*

*(k) populi gementii.
Est patios in metaphora.*

Respice

Respice in testamen-
tum: quia repleta est ter-
ra tenebris & (l) habita-
cula violentia.

Ne reuertatur oppres-
sus confusus: pauper &
inops laudabunt nomen
tuum.

Exurge Deus iudica
causam tuam: memor
esto conuictorum, quæ
ab insipiente dicta sunt
tota die.

Ne obliuiscaris (m) vo-
cis inimicorum tuorum:
tumultus insurgentium
contra te inualefcit sem-
per.

Quia promisit libera-
tionem Ecclesia.

A necessario. Quia
plena est improbiis, lucius
& tristitia.

(l) castra hostium.

Ut pereat inimicus &
cesset persecutio, & tui
sentiant auxilium tuum.

Ab vili, ut celebra-
tur nomen Domini.

Peroratio.

Defende nostram cau-
sam & causam tuam.

Urget blasphemias ut
Dei commoneat ad vin-
dictam.

Circumstantia tem-
poris.

(m) blasphemia.

Ergo necesse est ut op-
primas eos.

L X X V.

Ad pracinendum, ne periret, Psalmus
cantici Asaph.

Eucharisticus est & consolatorius. Agit enim
Deo gratias, quod patefecerit se mundo, & tu-
eatur suos etiam in cruce: impios autem in-
dicet & perdat.

Occasione Asapho prabuereunt pericula, quibus
ipse, ut etiam David & multi pi fuerunt obie-
cti. Allegoria est de Christo, verbo Evangelij
indicante mundum, & seruante Ecclesiam.

Loci sunt. De cruce & liberatione Ecclesia. De
peni & interitu superborum & impiorum ho-
minum.

Tropologia est. Agit de officij magistratus & subditorum. Nam magistratus debet esse gratus Deo, iustus index, protector subditorum, fidelis admonitor, & scire se a Deo ordinatum esse, & utatur gladio. Subditi non superbiunt, sint obadietes, humiles.

Confitebimur tibi Deus, confitebimur: quia prope est nomen tuum: narrabimus mirabilia tua.

Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.

Alia, Quia suo & opportuno tempore Deus vindicat facta, quod facit etiam Euangely verbo. Sic magistratus sit iustus & Sermo tribuitur Domino.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego autem confirmavi columnas eius. Sela. & sulciantur ne ruant.

Proposio, Celeberrimus est Deus, Sermotati choro tribuitur.

Ratio, quia patris sui nume, voluntatem & robur nobis qui ipsam invocamus verbo, miraculis suis, & in filio.

A modo iudicij, concutitur terra, ruant incella eius vel, ita dissonat ut mihi resistere non possint, pij autem sustineantur & sulciantur ne ruant.

Metaphora ab edificijs ruinant

Dixi iactabundis, nolite ^(a) gloriari: & impijs, nolite exaltare ^(b) cornu.

Nolite extollere ^(c) in altum cornu vestrum: nolite loqui ^(d) in collo praefracto.

Tranlatio a cornu. (c) sed sibi humiles, ne iactent vestram potentiam, (d) superbo & praefracto animo. Commendatur eius modestia: Locus de officij subditorum, & Christianorum.

Quia neque ab oriente, neque occidente: ne-

Gravis communitio. Ergo magistratus minuat populum officij.

(a) qui iactant sui prerogatiuas non sint insipientes, sed sciant quid debeatur Deo.

(b) ne superbiatis, ne respiciatis Deo. Tranlatio

Mimesi repetit verba securorum, quasi ex nola par-

la par-

que à deserto montium. *la parte quicquam sit timendum: vel est testimonium, potestatem & regnum non esse aliunde, nisi a solo Deo.*

Quoniam Deus iudex est: qui hunc humiliat, & hunc exultat. *Ætiologia à persona Dei & actibus, à periculo. Noëma, ergo idem vobis accidere potest, ut humiliemini. Ergo nemo suis donis superbiat.*

Quia calix in manu DOMINI: vino rubicundo infuso plenus. *Piorum crux a Deo, in cuiusque distribuit, qua ferat & ferre possit. Crux eorum est res bona & salutaris ipsi, & est tantum flos calamitatum.*

Et effudit ex hoc: veruntamen feces eius surgent, & ebibent omnes impij terræ. *Impij exhauriunt feces in fundo, pestes & exitia. Peroratio. Predicatio Deum illum, quem Iacob coluit.*

Ego autem annuntiabo: in seculum cantabo Deo Iacob. *Officium vera Ecclesie. Effectus verbi Euangelij.*

Et omnia (e) cornua impiorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti. *(e) potentiam antichristi destruit. Exultat humiles, ut regnent & in gloria vivant iusti, donati remissione peccatorum & vita æterna.*

L X X V I.

Ad præcinendum super Neginoth Psalmus
canticum Asaph.

Eucharisticus est & laudatorius. Canit Deo epinicion, et agit ipsi gratias pro data victoria Hierosolymitanis, & ab hostibus reportata, quorum infinitus fuit numerus. Hinc etiam occasio histo-

rica

rica non est obscura. Allegorice aguntur Deo gratia pro donato verbo eiusque ministerio & quod tueatur Ecclesiam suam contra fureros hostium & persequentium eam, & maxime contra hostes spirituales, ut portas inferorum, id est, per synecdochen, contra totam Satana aciem, mortem & infernum.

Locus communis. De gratiarum actione. In genere demonstrativo.

NOtus in Iudæa Deus: in Israël magnū nomen eius.

Et factus est in Salem locus eius: & habitatio eius in Sion.

Ibi confregit iacula, arcus, scutum, gladium & bellum. Sela.

A rebus gestis, aut potentia eius. Tuetur Ecclesiam vitiis hostibus, cuius rei signa hæc sunt, per metonymiam.

Illustrior tu & admirabilior quam montes prædantes.

Collatione laudat, et potestior Ammonitis, Assyrijs, Aegyptijs, quorum est notatio qui in montibus præda vixerunt, vel est robustior feris in montibus prædam agentibus.

Spoliati sunt potentes corde: obdormierunt somnum suum: & non inuenierunt omnes viri robur in manibus (a) suis.

corrupti fuerunt inepti ad bellum.

Ab increpatione tua

Antecedens. Admirabilis & magnus est Deus.

Explicatio antecedentia a nominis celebritate & amplitudine. Quia notus est & colitur inter Indeos et Israelitas, id est, pios quibus etiam se patefecit.

A loci nobilitate ubi habitat, Ecclesia est domicilium eius.

Collatione laudat, et potestior Ammonitis, Assyrijs, Aegyptijs, quorum est notatio qui in montibus præda vixerunt, vel est robustior feris in montibus prædam agentibus.

Collatione laudat, et potestior Ammonitis, Assyrijs, Aegyptijs, quorum est notatio qui in montibus præda vixerunt, vel est robustior feris in montibus prædam agentibus.

A modo vincendi hostes.

Terrendo ademittit illis animum & vires.

(a) prorsus imbelles sunt facti, quasi somno

Ab alio signo potentia eius

Deus Iacob, sopitus est & currus & equus.

Tu terribilis es : & quis consistet coram te in ira tuâ ?

De (b) cœlo auditum fecisti iudicium : terra tremuit & siluit.

Expulit potentiam Dei alijs signis, tremore & silentio terrestrium hominum.

Cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes afflictos terræ. Sela.

Quoniam furor hominis celebrabit te : & contra reliquos furores accingeris.*

potentia vt constat de Sennacherib & Iuliano.
* id est. Si pergent furere, perdes eos, Metaphora a militibus : Si non agent penitentiam peribunt.

Vouete & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius estis : afferte (c) munera terribili.

(c) quibus placetur, veris cultibus afficite eum.

Qui (d) aufert (e) spiritum principibus : terribilis est regibus terræ.

(e) fustum & vigorem, vel etiam animum eis adimit.

eius. Nam verbo & increpatione eius obstupesciti sunt pugnantes ex curribus & equis. Synecdoche : & volente atque agente ipso facile mutantur aut impediuntur eorum consilia.

Irascente Deo cadunt omnes. Exempla nota sunt.

(b) damnasti celesti iudicio vel

A causa finali damnat hostes, vt Ecclesiam liberet.

A testimonio aut confessione hostium eius, qui primum furunt & irascuntur Deo, mox victi tribuunt ei testimonium

Consequens.

Continet propositionem adhortatoriam, Ergo tota Ecclesia sacrificia laudis & gratiarum actionis offerat Deo.

Ratio epiphonematica.

(d) vindemiat, Metaphora, tanquam racemos abscindat.

Ad præ-

*Ad precinendum Psalmus Asaph, pro
Ieduthum.*

Eucharisticus est. Agit Deo gratias Asaph, quod ipsum in grauisimis tentationibus interius potissimum, clamantē exaudierit & consolatus sit. Ac terrores suos atque dolores mirifice amplificat, ut beneficium Dei reddatur illustrius. Laudibus quoque extollit Deum, multa ipsius beneficia consolationum & liberationum commemorans, in genere demonstratio.

Thesis diascaltica. Pauide & consternata mentes sensu ire Dei a solo Deo petant consolationem & remedium, exemplo Asaphi. Deus me in afflictione clamantem & orantem exaudiuit, ergo est predicandus.

VOCE mea ad **DOMINUM** clamaui:
voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis
meæ Deum exquisiui:
manus mea nocte expansa est: & non est lassata:
reuiuit consolari anima
mea.

crux. Agestu orantium & tempore. Mens afflictæ & desolæ desperans difficulter admittit consolationem.

Recordor Dei cum
perturbor: & cum tritiss
est spiritus meus loquor.
Sela.

Antecedens proprietas cuius duo sunt membra: afflictus orauit & clamauit: exaudiuit sum.

Palilogia, sepe clamans afflictum indicat.

Amplificat prius membrum de oratione, quam seriam & frequentem fuisse apparet.

Causa impulsus, ad querendum Deum, est mens afflictæ & desolæ.

Summa scientia in tristitia hac remedia apprehendere, ut est, loqui, orare, queri, deprecari.

Exemplum docet quid in cruce

in cruce

in cruce & mœrore agendum.

Tenuisti vigiles oculos
meos: turbatus sum, vt
non possim loqui.

Cogitavi dies anti-
quos, & annos seculo-
rum.

Recordabar nocte car-
minum meorum: & cum
corde meo loquebar, &
spiritus meus scrutaba-
tur.*

Nunquid in æternum
projiciet Deus? & non
adijciat, vt benevolus sit
amplius?

Nunquid deficiet in æ-
ternū misericordia eius?
& nunquid desijt promif-
sio in generationem & ge-
nerationem?

Aut obliuiscetur misereri Deus? aut conti-
nebit in ira sua misericordias suas? Sela.

Et dixi: hæc est ægri-
tudo mea: sed hæc muta-
re potest dextera excelsi.

Dei, qua possit vnus omnia mutare: Hac vis est fidei.

Memor fui (c) operum
D O M I N I: quia memor

*Ab effectu ingentis do-
loris: Fui in somnis, et si-
lui in cōsternatione mea.*

*Qua sit vsus consola-
tione, aliud remedium o-
stendit.*

*Renocavi in mentem
prios liberaciones, pu-
blicas & priuatas.*

*Quibus beneficia Deū
& promisiones celebraui.*

* *Aliud remedium, per
quirebat consolationem
in verbo habente promif-
siones liberationis & be-
nignitatis Dei.*

*Gravissima hæc quer-
la est pectus certaminis
spiritualis in corde affli-
ctorum, putantium se a
Deo desertos, & gravi-
ter conquerentium non si-
ne indignatione. Deum
oblitum esse promissionē
& exuisse misericordiam
omnem.*

*Narrat remedia alia
quibus vsus sit in hac spi-
ritus tristitia.*

*Fiducia in potentiam
Dei, qua possit vnus omnia mutare: Hac vis est fidei.*

*(c) quorum recorda-
tione me confirmari, qua*

ero

ero ab initio mirabilium
tuorum.

*gloria ornari. Consequens. Celebrabo Deum, cuius gratia
ero.*

Et meditabor in omni-
bus * operibus tuis : &
de factis tuis loquar.

Deus in sancto via tua:
quis Deus magnus sicut
Deus ?

Tu es Deus, qui facis
mirabilia : notam fecisti
in populis virtutem tuam.

Redemisti in brachio
(d) populum tuum, (e)
filios Iacob & Ioseph. Se-
la.

Viderunt te (f) aquæ
Deus : viderunt te aquæ
& timuerunt : & turbatæ
sunt abyssi.

magnitudo Dei erga Ecclesiam, Exod. 2. 14. 15.

Fuderunt aquas (g) nu-
bes : vocem dederunt nu-
bes : & (h) sagittæ tuæ dis-
currerunt.

Vox tonitruum tui in caelo : illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ : commota est & contremuit terra.

In mari via tua : & se-

docent, Deum nobis infamis esse potentem, Ecclesiam in cruce crescere &

** creationis, salu-
ni, liberationis.*

*Eruptis in laudem Dei
per apostrophem.*

Quia consilia eius sancta, iusta & abdita, hæc nota sunt in temporibus eius.

*Quia nemo maior ipso
Collatione.*

Quia mirabilis & fortis.

*Confirmat a rebus ge-
stis per narrationem.*

*(d) Israeliticum, Gen.
40.*

(e) Exægesis.

(f) Mari rubri.

*Prosopopæia, aquæ
tribuit aquas.*

*Hæc liberatio est
monium potentia & ma-
gnitudo Dei.*

*(g) in Pharaonem
sive aqua in Exod. c. 14.*

(h) fulmina.

Tonitrua.

Coruscationes.

Terræmotus.

*In mari rubro tuam
decidit.*

mitæ tuæ in aquis mul- *declarasti potentiam.*
tis: & vestigia tua non cognoscuntur.

Deduxisti sicut oues *Israelitas duxit in lo-*
populum tuum per ma- *cum promissum horum*
num Moyfi & Aaron. *ministerio.*

L X X V I I I.

Eruditium Asaph.

Didacticus est Psalmus. Multarum enim histo-
riarum & exemplorum veteris testamenti nar-
rationibus docet, quanta beneficia Deus in suos
& obediētes ipsi contulerit: & quantas penas
inobediētibz ac diffidentibus ipsi inflixerit.
Semper enim acceptis beneficijs ingrati tudinem
graves penas comitari solent. Atque hæ narra-
tiones ideo instituntur, ut homines ad timorem
Dei & fiduciam in ipsum excitentur exempla
ira & gratiæ aique benignitatis Dei.

Legi communes. Uni Deo fidendum est: & ad ip-
sus mandata vita est instituenda.

Credentes seruantur: increduli puniuntur.
Deus curat & alit Ecclesiam mirabiliter.

Attendite popule me-
us legem meam: in-
cline aurem vestram in
verba oris mei.

Aperiam in parabolis
os meū: loquar ænigma-
ta antiqua.

legæ & verbo suo vult loqui. Quia arcana & mysteria vult
enunciare, ut antiquas historias, quæ vetustate obscuratæ &
parum notæ sunt.

Quæ audiuiimus & co-

Exordium exhortato-
rium ad Ecclesiam Dei.
Audite me verbum Dei
docentem.

Captat benevolentiam
a persona populi quem su-
um vocat.

Attentos reddit a re-
rum præstantia, quia de-

A persona patrum ex
R quibus

gnouimus : & patres nō-
stri narrauerunt nobis.

Non celabimus ea fili-
os eorū & posteritatem,
narrantes laudes D O M I-
N I : & virtutes eius : & mirabilia eius, quæ fecit.

Et suscitauit testimo-
nium in Iacob : & legem
posuit in Israēl : quam
mandauit patrib. noltris,
nota facere ea filijs suis.

Vt cognoscat genera-
tio altera : & filij , qui na-
scentur & exurgent , &
narrabunt ea filijs suis.

Vt ponant in Deo spem
suam : & non obliuiscan-
tur operum Dei : & mau-
data eius seruent.

(a) Ne fiant sicut patres
eorum, generatio rebellis
& exasperans : generatio
quæ non direxit cor su-
um : & non credidit Deo
spiritus eius.

Filij Ephraim armati,
intendentes arcum, con-
uersi sunt in die belli.

Non custodierunt tes-
tamentū Dei : & in lege
eius noluerunt ambulare.

quibus audierat: intel-
ligit doctores in Ecclesia.
Nobe, Abraham & re-
liquos.

Propositio est, docilia
reddit auditores.

Ab honesto, a manda-
to Dei.

Ab officio patrum, ut
Legē Dei filijs proponant.
Et educant eos in doctri-
na & disciplina Domini.
Ephē. 6. Dent. 4. 6.

Ab officio filiorum, ut
cognoscant legem.

Ab usu duplici ad
causā finali lata legē.

Considant Deo, re-
gant inde vitam, abstan-
tant ei.

Alia causa, ne sint in-
temtores legū & doctri-
na salutaris, ut patrum
operum fuerunt.

(a) Epexegetis, An-
diplosis.

A contrario exemplo
Ephraimitarum.

Peccata eorum.
Fuerunt rebelles Deo.
Auersi a Deo.
Inobedientes.
Contemptores legū.

Et ob-

Et oblii sunt beneficia eius : & mirabilia eius, quæ ostendit eis.

Paralip. c. 7.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo (b) Zoan.

Interruptit mare & traduxit eos : & statuit aquas (a) quasi aceruum. (b)

Et eduxit eos in nube die : & tota nocte in (c) illuminatione ignis.

Interruptit petras in (d) eremo : & adaquavit eos velut in abyfso multa.

Et eduxit aquam de petra : & eduxit tanquam flumina aquas.

Et appofuerunt adhuc peccare ei : & in iram concitauerunt excelfum in deferto.

Et tentauerunt Deum in cordibus fuis : vt peterent elcas (e) animabus fuis.

Et male locuti funt de Deo, dixerunt : nunquid poterit Deus parare menfam in deferto ?

Immemores beneficiorum & ingrati.

Tana. Ideo imperium a viribus Ephraim ad sribam Iuda translatum est. Et a viris Geth occisi sunt, 1.

Narratio historica beneficiorum Dei, peccatorum & poenarum populi. (b) Taneos, urbs Aegypti, Nume. 13.

1. Beneficium, Duxis per mare Israelitas ministerio Moysi, Exod. 14.

(a) maris rubri diuisa baculo Moysi. (b) tanquam murum virinque.

2. Texit populum nube interdium : praeuit lucerna igneis columnis, Exod. 13.

Deute. 1. Ergo pijs semper adest crux & consolatio, labor & requies.

(c) in igneis columnis. (d) Arabia.

3. Suppeditauit eis aquas multas, Exod. 17. Numeri 20.

Narrat peccata populi.

Tentatio Dei & dissidentia populi, cum irrisione.

(e) iuxta sua desideria & cupiditates, Num. 11.

Ecce percussit petram
& fluxerunt aquæ, & tor-
rentes inundauerūt : nun-
quid & panem poterit da-
re, aut parere carnem po-
pulo suo ?

Ideo (g) audiuit DO-
MINVS & iratus est : &
ignis accensus est contra
Iacob : & ira ascendit cō-
tra Israël.

Quia non crediderunt
Deo : nec sperauerunt in
salutari eius.

auxilium petere & expectare, cui contraria est dissidentia.

Et mandauit nubibus
desuper : & ianuas cœli
aperuit.

Et pluit illis Manna ad
manducandū : & panem
cœli dedit eis.

Panem* angelorū man-
ducauit homo : cibaria
misi eis in abundantia.

Adduxit Eurus de cœ-
lo : & induxit in virtute
sua Africum.

Et pluit super eos sicut
puluerem carnes : & sicut
arenā maris volatilia pen-
nata.

*Beneficium, Num. 21.
Alia tentatio, & qui-
rela aut marmarum,
qua succensetur Deo in
cruce.*

*Est vox eorum qui &
dissidunt Deo, & irident
eum magna impietate.*

Pana, Num. 11.

*(g) ipsorum blasphemias
voces & conuicia.*

Causa pane.

Incredulitas.

*Vera fides est confidere
Deo & ab ipso in cruci*

auxilium petere & expectare, cui contraria est dissidentia.

*4. Beneficium Manna
cœlitus misse.*

*Ergo Deus dat escam
nobis, nos alit.*

Unde sit.

*Quis usus Manna.
Exod. 16. Num. 11.*

Laus Manna.

*Allegoria de cibo spiri-
tualis. Ioan. 6. 1. ad Co-
rinth. 10.*

** Veniente ex habitaculo
angelorum.*

*5. De carnib. demissis.
Significat copiam magnam
collatione hyperbolica.*

*6. Dedit coturnicis,
quales nutrit finis Ara-
bicus.*

Et ceci-

Et ceciderunt in medio castrorum eorum,
circa tabernacula eorum.

Et manducauerunt & saturati sunt valde : &
desiderium eorum impleuit.

Nondum auersi erant
à desiderio suo : adhuc
(b) esca eorum erat in ore
eorum.

Et ira Dei ascendit su-
per eos : & occidit (c)
pingues eorum : & ele-
ctos Israël prostrauit.

In omnibus his pecca-
uerunt adhuc : & nō cre-
diderunt mirabilib. eius.

Et defecerunt in vani-
tate dies eorum : & anni
eorum in perturbatione.

Cum occideret eos, quærebant eum : & re-
uertebantur : & diluculo veniebant ad Deum.

Et recordati sunt quia
Deus petra est eorum : &
Deus excelsus redemptor
eorum est.

Et blanditi sunt ei in
ore suo : & lingua sua
mentiri sunt ei.

Cor autem eorum non
erat firmum cum eo : nec
fideles habiti sunt in testa-
mento eius.

*Fruebantur adhuc de-
siderio suo.*

*(b) cum vescerentur
adhuc carnibus, auibus.*

*Pœna scuta eorum in-
gratitudinem & impie-
tatem.*

*(c) magnates & here-
tae. Distributio.*

*O gentem dura cervi-
cis & rebellem.*

*Causa interitus ipso-
rum.*

Misera vita talium.

*In deserto per annos
quadraginta, ubi vagati
sunt & perierunt. Exod. 13.*

Dent. 1. 2. 8. Heb. 3. 4.

*Narrat et describit pœ-
nitentiam hypocriticam
Israelitarum, qui præsen-
te pœna orant, cessante
ipsa, redeunt ad priora
peccata.*

Simularunt pœnitentiam.

*Carnentur vera fide
promissionum testamenti
aut pacti.*

R 3

Ipsè

Ipse autem misericors
& propitius erat peccatis
eorum & non disperdidit
eos: & sæpe auertit iram
suam: & nõ accendit om-
nem furorem suum.

Et recordatus est quia
caro sunt: (f) spiritus va-
dens & non rediens.

Toties exacerbauerunt
eum in deserto: in iram
concitauerunt eum in so-
litudine.

Et conuersi sunt & ten-
tauerunt Deum: & san-
ctum Israël exacerbauerunt.
*

Non sunt recordati (g)
manus eius, die qua redemit
eos à (h) tribulante.

Sicut posuit in Aegyp-
to signa sua: & prodigia
sua in campo Zoan.

Et conuertit in sangui-
nem flumina eorum: &
riuus eorum ne biberent.

Misit in eos insecta, &
comedit eos: & ranam,
& disperdidit eos.

Et dedit erucis fructus eorum: & labores
eorum locustæ.

*A contrario predica-
Dei misericordiam,*

Consolatio.

*Non agit summo iure
cum peccatoribus, & non
sedata peperit eu.*

*Causa ex misera con-
ditione generis humani.*

*(f) instar venti mobi-
les. Pulchra collatio.*

*Num. 14. vel decim.
Impietas Israelita-
rum.*

** Vel ipsi sine posuerunt,
potentiam eius certis li-
mitibus circumscriptu-
runt.*

(g) potentie.

*(h) ferrea fornax Æ-
gypti.*

*Narrat plagas quibus
mirabiliter Ægyptus
affecit Deus, ut declara-
ret suam potentiam, Exod.
7. & sequentibus.*

*Conuersio aquæ in san-
guinem, quia infanti la-
teorum in aquam auer-
cerant.*

*Insectis varijs & bispæ
eos afflicxit, quia fuerant
idololatæ.*

Et oc.

Et occidit grandine vineas eorum : & moros eorum in pruina:

Exod. 9. Meteoris perdidit, lapide grandinæ.

Et tradidit grandini iumenta eorum : & possessionem eorum igni.

Igni vastavit.

Misit in eos iram indignationis suæ : indignationem & iram & tribulationem, immisionem per angelos malos.

Angelo deustatore.

Viam fecit semitæ iræ suæ : & non pepercit à morte animabus eorum :

Exod. 10. Nulli primogenito, ne in iumentis quidem pepercit.

(i) Teste.

& iumenta eorum in (i) morte conclusit.

Et percussit omne primogenitum in terra Ægypti : (k) primitias laboris eorum in tabernaculis Cham.

(k) primos partus.

In Ægypto Metony.

Narrat beneficium educationis ex Ægypto in terram Chanaan.

Et eduxit sicut oves populum suum : & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

Exod. 14. & 15.

Et eduxit eos in spe : & non timuerunt : & inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos ad terraminum sanctum suum : montem, quem acquisit dextera eius.

Chanaan.

Et eiecit à facie eorum gentes : & (l) sorte diuisit eis hæreditatem : & habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israël.

Iosue 13. duce Iosue.

(l) Fune, more Geodatarum.

Et tentauerunt & excerbauerunt Deum excel-

Ingratitudo & desectio Israelitarum.

R 4

sum

sum, & testimonia eius
non custodierunt.

Expolitio.

Et (m) auerterunt se,
& præuaricati sunt: quemadmodum patres eo-
rum: conuersi sunt sicut
arcus prauus.

(m) quarendo alios

Deos.

Exemplo patrum.

Collatio.

In iram concitauerunt
eum (n) excelsis suis: &
in (o) sculptilibus suis ad
æmulationem eum pro-
uocauerunt.

(n) superstitiosis culti-
bus more gentilium qui
in collibus & locis excelsis
sacrificauerunt idola.

(o) ut Baal & Asa-
roth.

Audiuit Deus & exar-
sit: & execratus est valde
Israël.

*Narratur poena scin-
ta, hypotypost.*

1. Execratio.

Et reliquit tabernacu-
lum Silo: tabernaculum
suum ubi habitauit inter
homines.

*Ubi fuit sedes Iosue, li-
sua 18.*

2. Deseruit Silo.

Hierem. 7.

Et tradidit in captiui-
tatem * virtutem eorum:
& pulchritudinem eorum
in manus inimici.

3. Ablatio arca per Pa-
lastinos, 1. Reg. 4.

* Arcam, in qua fir-
titudinem suam ostendit
filijs Israël.

Et conclusit in gladio
populum suum: & contra
hereditatē suam exarsit.

4. Interfectus populus,
1. Reg. 4. & 5.

Distributio.

Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines
eorum non sunt (p) ho-
noratæ.

(p) nuptiali canu,
manserunt inuupta.

Sacerdotes eorum in
gladio ceciderunt: & vi-

Filijs Eli, 1. Reg. 4.

dux eo-

duæ eorum non plorabant.

Et excitatus est tanquam dormiens D O M I N V S : tanquam potens vociferans à (q) vino.

Et percussit inimicos suos in (r) posteriora : opprobrium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum Ioseph : & tribum Ephraim non elegit.

Sed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem (s) dilexit.

Et ædificauit tanquam excelsum, (t) sanctuarium suum : sicut terram fundatam in secula.

Et elegit Dauid seruum suum : & sustulit eum de caulis ouium.

A tergo foetarū abduxit eum, vt pasceret Iacob seruum suum : & Israël hereditatem suam.

Et pauit eos in (u) innocentia cordis sui : & in prudentia manuum suarū direxit eos.

Aut non sunt deplorata.

Cum videretur suos deseruisse triumphantibus hostibus, tandem quasi a somno experrectus est.

(q) clamans & exultans.

Philisteos.

(r) morbis ani, vel, egit in fugam vt auersa acciperent vulnera. 1.

Reg. 5. & 6.

Abiecit imperium Iosue.

Vt Iudas regnaret pro Ephraim filio Ioseph.

(s) pro Silo.

(t) templum.

Cuius possessio sit longæua.

Qui prelusit Christo regi æterno.

Vocatio Dauid.

1. Regum 16.

Cum vaccas & oues pasceret.

Rex esset, & pastor populi, iuxta promissionem Iacob de Christo.

(u) integritate et simplicitate.

Prudenti ministerio & opera industria.

R 5 Psal.

Psalmus Asaph.

Petitorius est. Petit ut Deus pareat Ecclesia
sua, & nō sinat eam propter delicta ab hostibus
& tyrannū penitus deuastari & deleri.

Occasio eadem est cum Psalmo 74. Praesidet fu-
turum, ut vel Sinaldai hostes, vel Antiochus
vel Nabuchodonosor, politia Iudaicam, Tem-
plum & Ecclesiam, quae erat Hierosolyma, in-
dignū modis trahent & magnā stragem edat:
hanc futuram miseriam deplorat & contra
hostes orat. Nam omnibus temporibus Ecclesia
passa est persecutionem, & misere afflictā &
dispata fuit in illa politia, in qua fuit sedes
doctrina vera, quod ex historijs nō est obscurū.
Loei. De inuocatione, vel contra futura vel praesentia mala. De causa punita Ecclesia,

DEus venerunt gentes
in hereditatē tuam:
pdluerunt templum san-
ctum tuum: posuerunt
Hierusalem (a) in acruos
lapidum.

Exordium.

Sic deplorat enterfusi
politia Iudaica & Eccle-
sia futuram, atque sicut
ea acciderit. Estque ar-
gumentum a necessitate
per narrationem.

Synonyma sunt de Ecclesia, estque expolitio, propter pathos,
(a) significat eam esse aquatam solo, quod postea sub An-
tiocho accidit.

Hypotyposis deuastationis Hierosolyma & sensitia Antiochi.

Posuerunt cadauera ser-
uorum tuorum escas vo-
larilibus cœli: carnes san-
ctorum tuorum bestijs
terre.

Pathos, quod sancti
Dei & serui occiduntur
& obijciuntur carnis
auibus & bestijs insepulta

Effuderunt sanguinem

Immensa cadu notatis
ipsorum

ipforum sicut aquam in
circuitu Hierusalem: &
non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobri-
um vicinis nostris: sub-
fannatio & illustio his, qui
in circuitu nostro sunt.

Vsquequo D O M I N E
irascens in perpetuum?
accendetur velut ignis ze-
lus tuus?

Effunde iram tuam in
gentes, quæ te non no-
uerunt: & in regna quæ
nomen tuum non inuo-
cauerunt.

Contraria.

Quia te non invocant, & ita cultum debitum tibi non tribuunt.

Nos invocamus quamvis miseri peccatores.

Quia comederunt Ia-
cob: & habitaculum eius
desolauerunt.

*Quia detraharunt lo-
cum in quo colebaris, Isaia 64.*

Ne memineris iniqui-
tatum nostrarum antiqua-
rum: cito anticipent nos
misericordie tuæ: quia
pauperes facti sumus val-
de.

*Pathos ab eo quod ca-
ruerunt sepultura.*

*Amplificat miseriam
circumstantia persona-
rum, quod a vicinis & ci-
uisibus sint illusi, in sua mi-
seria, cum sepe dixissent
se esse Ecclesiam DEI, ipsi-
que cura.*

*Propositio. Noli ira-
sci, sed parce nobis, libera
nos.*

*Altera pars contrarie
propositionis, Puni gentes
quæ habent maiora pec-
cata quam nos.*

*Ratio ab honesto &
iusto.*

Quia ignorant te.

Nos nominamus te.

*A factis, quia ut lupi
vorant populum habentem
Iacob promissionem.*

Quia detraharunt lo-

*Occupatio, dicat de caus-
sa, propter peccata vos pu-
nio, Pij fatentur peccata,
sed ex causa impulsiva pe-
tunt remissionem propter
misericordiam promissam,
nos propter suam dignita-
tem.*

tem. *A necessario, Attenuamur & affligimur peccati te irascente.*

Adiuua nos Deus salutaris noster, propter gloriam nominis tui: & libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris ultio sanguinis seruatorum tuorum, qui effusus est.

Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum: secundum magnitudinem brachij tui, fac residuos filios (b) mortis.

Et redde vicinis nostris (c) septuplum in sinu eorum: impropertium eorum, quod exprobrauerunt tibi DOMINE.

Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum: in generatione & generationem annuntiabimus laudem tuam.

Repetitur propositio clarioribus verbis.

Ratio a causis finalib.
1. *Ut tibi vera gloria tribuatur & honore tuo non priueris.*

2. *Ut nomen tuum misericordiae & bonitatis celebretur.*

3. *Propter gentes, ne blasphemetur ab ipsis, si dicatur aut nolle, aut non posse nos seruare.*

4. *Ut appareat te esse vindicem Ecclesiae, & ultorem propter te occisorum.*

Patheticum est, Exaudi gemitus vincitorum, a necessario.

A facili, quia potens es.

(b) *conserua nos quibus iam est moriendum, nisi tu iuues.*

(c) *cumulatissime, Petit puniri hostes Ecclesiae.*

Conclusio est ab utili, promittit gratitudinem & perpetuam celebrationem nominis eius.

**Psalmus Asaph ad præcinendum de Rosa
testimonij (de Ecclesia Israelitica or-
nata testimonio promissionis de Messia.)**

Petitorius est, argumenti & occasionis eiusdem cum præcedente. Orat Asaph ut Deus vineam suam vel vitem, hoc est, populum Israeliticum contra insidias & vim Sophistarum atque tyrannorum tueatur. Orat nobiscum, ut defensor sit & vindex sui populi, sinceram Evangelij doctrinam amplectentis, ne ulli hostes ipsi nocere possint.

Locus. De oratione pro Ecclesia eiusque membris.

Qui regis Israël intendit: qui deducis velut ovem Ioseph: qui sedes super Cherubin, manifestare.

Coram Ephraim, Benjamin & Manasse: excita potentiam tuam & veni, ut saluos facias nos.

Deus consolare nos: & ostende faciem tuam, & salvi erimus.

tuam testaris, a facili, Exod. 25. Hodie per fidem habitat in nobis, & vere est efficax in Ecclesia sua.

Quibus? Coram fidelibus, quales erant tribus ille arcam sequentes, sicut arcam precedebant tribus Iuda, Isaschar & Zebulon, Num. c. 2.

Quomodo? Exerat potentiam, & respiciat ad nos, a facili.

DOMINE Deus exercituum quousque irasce-

Propositio est, Rhetorica expositione & seminibus argumentorum & circumstantijs exornata & amplificata.

Defende & salva nos populum & Ecclesiam tuam.

Cur? ab honesto, Quia promissisti te fore pastorem, sicut es, populi Israelitici.

Quis? Filius Dei, ex loco digniori, ut in operculo arca, quo presentiam

Confirmatio.

A necessario, ex causa impulsiva orationu.

ris su-

ris super orationem populi tui ?

Cibabis eos pane lachrymarum : & potabis eos in lachrymis mensura magna.

Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris : & inimici nostri subnauerunt nos.

Deus Zebaoth conuerte nos : & ostende (c) faciem tuam , & salui erimus.

(d) Vitem de Aegypto transtulisti : eiecisti gentes & plantasti eam.

Laudat Israelitas, vt clades maior conspiciatur.

Dux itineris fuisti in conspectu eius : & plantasti radices eius, & impleuisti terram.

Operuit montes vmbra eius : & palmites eius sunt cedri Dei.

Extendit palmites suos vsque ad (e) mare : & vsque ad (f) flumen propagines eius.

(f) Euphratem, per Exochen. Vt quid destruxisti ma-

1. Quia iratus noluisse audire preces.

2. Quia in magno luctu sumus, quem signu hyperbolico auget copiosas lachrymas indicant.

3. Quia vicini vexant nos & nobiscum rixantur.

Quarta necessitas, quia ab inimicis irridemur in cruce, quasi penitus negligamur a te.

Repetitur propositio. (c) in qua est beneuolentia significatio.

Allegoria consideretur.

(d) vel vineam, per synecdochen, Populum Israeliticum in terra Chanaan.

Ab autore & origine Deo nempe, qui eduxit nos ex Aegypto.

A potentia vel incremento, quia radices firmas egit.

A multitudine, quia tota terra est impleta.

* Altissima arborei.

Ab amplitudine regni, quia ad Libanum vsque extensum est, per synecdochen.

(e) Philistinorum.

Patheticum est, Palcherrimo

ceriam eius? & carpunt
eam omnes qui præter-
grediuntur viam.

ta est.

Deuastauit eam aper-
de sylua: & fera campi
depaſta eſt eam.

Deus (g) Zebaoth con-
uertere: respice de cælo & vide:
illaſtam.

Et confirma eam, quã
plantaui dextera tua: &
super (b) filium, quem
confirmaſti tibi.

Inceſa igni & ſuffoſa:
ab increpatione vultus
tui pereant.

Fiat manus tua ſuper
virum dextera tua: &
ſuper filium hominis,
quem confirmaſti tibi.

Et non diſcedemus a
te: viuifica nos, & nomen
tuum inuocabimus.

DOMINE Deus Ze-
baoth conuertere nos: &
ostende faciem tuam, & ſalui erimus.

cherrima vinea fuit, ergo
dolendum eam ita deua-
ſtari.

A modo, ſepes diſſipa-
ta eſt. A communiter accidentibus, ledunt eam præ-
ſeruantes.

Ab immanitate deua-
ſtantium tyrannorum:
qui apri ſunt & fera.

A neceſſario, miſero
& ſerua.

(g) Facilitatis notatio.

Ab honeſto, tu es au-
tor eius.

(b) vitis propaginem,
vel ramum quem viribus
inſtruxiſti.

Summum periculum
indicat.

Poteſt eſſe imprecatio.

Super Eccleſiam, quam
tu condidiſti & ſtabilens
fecidiſti: vel ſuper nos quos
fortes reddidiſti, et virtu-
te tua ſeruadiſti, in tuum
honorem & gloriam.

Ab vili, promiſtiſti
gratitudinem.

Concluſio repetens pro-
poſitionem.

L X X X I.

Ad præ

Ad præcinendum super Githib Pſalmus
David: alij habent, super Githib ipſi
Aſaph.

Protrepticus eſt. Hortatur primum Eccleſiam,
ut gratias Deo agat pro acceptis beneficijs, &
liberatione a peccatis & damnatione. Deinde
monſt. ſerio, & quidem perſona Dei, ut ſeruet
primum præceptum, quod eſt de uno Deo co-
lendo, vitandaque idololatria.

Occafio eſt ex cogitatione beneficiorum, qua in
populum Iſraeliticum conſulerat Deus, & ex
populi eiſdem impietate & pœna. Hac au-
tem beneficia & miracula ſolebant in fiſto ta-
bernaculorum celebrari, in quo etiam hic hym-
nus cantatus eſt.

Loci communes. De gratiarum actione, De vi-
tanda idololatria, De cauſa pœnarum, & de
pœnitentia.

EXultate Deo adiutori
noſtro: iubilate Deo
Iacob.

Sumite pſalmum: &
date tympanum: Pſalte-
rium iucundum cum ci-
thara.

Buccinate in neomenia
tuba, in inſigni die ſolen-
nitatis veſtræ.
in principio menſis Neſan, & ſcenopœgia. Num. 29.

Quia præceptum in Iſ-
raël eſt: & iudicium Deo
Iacob.

Quia hæc eſt voluntas
Dei, ut omnes fideles (per
metonymiã) ipſum gra-
tis annis celebrent hoc feſta: viſt eſt moſ iuſte inſtitutus in ho-
norem Dei Iacob.

Propoſitio eſt, circum-
ſtantijs exornata, Lando-
re Deum & gratias ipſi
agite.

Cur? ab honeſto, qui
noſtra fortitudo, quod
us Iacob, id eſt, ſalva-
um.

Quomodo? voce &
muſicis instrumentis, Fe-
cilitatis nota.

Quando? in nouilunio

Confirmatio ab honeſto,
Quia hæc eſt voluntas
Dei, ut omnes fideles (per
metonymiã) ipſum gra-

Telli-

Testimonium in Ioseph
posuit illud, cum exiret
de terra Aegypti: (a) lin-
guam, quam non noue-
rat audivit.

(a) Hoc intelligatur de Aegyptiorum opinionibus, & culti-
bus falsis.

(b) Cum leuarem one-
ribus humerum eius: &
manus eius ab (c) ollis re-
cesserunt.

In tribulatione inuoca-
sti me, & liberaui te: ex-
audiui te in abscondito
tempestatis: probaui te
apud aquam cōtradictio-
nis. Sela.

Audi populus meus &
(d) contestabor te: Israël
si audieris me.

Non erit in te Deus
peregrinus: neque ado-
rabis Deum alienum.

Ego enim sum D o -
M I N V S Deus tuus, qui
eduxi te de terra Aegy-
pti: dilata os tuum & im-
plebo illud.

Ratio a beneficio & testimonio patefactionis & liberationis,
& in se.

Ab vili, Quia promittit se petentibus omnia daturum &
ita eos omnia petita impetraturos esse & quasi se suum largiter
dati impleturos.

A beneficijs eius, quia
abduxit nos ab impijs
cultib. et moribus Egyp-
tiorum, quod voluit esse
testimonium voluntatis
suae, vt pij hoc faciant.

(a) Hoc intelligatur de Aegyptiorum opinionibus, & culti-
bus falsis.

Quia liberauit eos a
seruitute sua, & periculis,
vt nos per Christum ex
inferno, vel a peccatis li-
berauit.

(b) Sermo Deo affin-
gitur, recitanti sua bene-
ficia.

(c) consciendus, id est,
a molestijs & oneribus
durissimis.

Exod. 17. Nume. 20.

Altera exhortatio ad
veram unitis Dei agni-
tionem, timorem & fi-
dem, in primo praecepto
comprehensam.

Capta benevolentiam.

(d) loquitur et docebo te.

Prosopopœia, tribuitur
sermo Deo, vt sit oratio
vehementior.

Expolitio est.

Nullos finges cultus
extra verbum quamuis
plausibiles.

Ratio a beneficio & testimonio patefactionis & liberationis,
& in se.

Ab vili, Quia promittit se petentibus omnia daturum &
ita eos omnia petita impetraturos esse & quasi se suum largiter
dati impleturos.

Et non audiuit populus
meus vocem meam : &
Israël non voluit me.

Et dimisi eos secundum
desideria cordis eorum :
ibunt in adinventionibus
suis.

Si populus meus audif-
set me : Israël in vijs meis
ambulasset.

Breui inimicos eorum
humiliafsem : & super tri-
bulantes eos misifsem
manum meam.

Odiētes **DOMINVM**
frustra conarentur aduer-
sus eum ; & esset tempus
eorum (e) in secula.

Et cibasset illos ex adipe
frumenti : & de petra
melle saturasset eos.

*credenti : vt etiam res sua natura infœcundæ eius suppeditasset
necessaria ad vitam.*

*A contrario exemplo
pœna inobædientium &
contemptorū Dei & vit-
bi eius.*

*Ve in suis mendacijs, et
roribus, opinionibus, con-
silijs, dæritie cordis & in-
quitate pereant. Rom. 11
c. & 2. Thes. 2.*

*Commemoratione com-
modorum, quæ obædien-
populus consecutus fuisse,
inuitat ad obædientiam.*

*Homines ipsi sibi fortuna-
nam fingunt, & malum
creant. Et pie videntibus
benefacit Deus.*

*Propheta loquitur.
(e) in æternum dam-
narentur.*

*Salui sunt p̄j, ipsiq̄
nihil deest.*

*Hyperbole est, magnam
felicitatem significari &
fecunditatem. Sed
nihil est impossibile, si
credenti.*

LXXXII.

Psalmus Asaph.

*Epitimeticus est, adiunctam habens commo-
tionem & petitionem. Oratio tribuitur ipsi
Deo. Est enim ipsi cura administratio Eccle-
siarum & politicarum.*

*Occasionem præbuit auteri, magistratuum im-
pictas & tyrannis.*

Locus communis. De dignitate & officijs magistratum iuste Deo. De Dei sollicitudine pro populo & populi tyrannide oppresso.

Summa. Magistratus non sunt in officio: Tunc igitur Deus ipse gubernat & iudicat terram.

Deus tetit in synagoga Dei: in medio autem Deorum diiudicat.

hæc oratione ad ipsos utatur.

Deus interit & præsens politijs, ergo singuli suum faciunt officium, a necessario, ex Dei presentia & inspectione.

Vtque iudicatis iniquitatem: & personas impiorum suscipietis? Sela.

Iudicate egeno & pupillo: oppressum & pauperem iustificare.

Eripite pauperem: & egenum: de manu impij liberate.

Gravis exhortatio, conueniens persone Dei summi principis & sui vasculi mandata dantis & commouentis officij, de defendendo infirmis contra vim iniustam.

Nescierunt neque intellexerunt: in tenebris ambulat: mouebuntur omnia fundamenta terræ.

Ego dixi, Dij estis: & filij excelsi omnes.

presentia gubernationis, & causa efficiencie quia ordinatio Dei. Ergo facite officium, ne sitis alicui.

Vos autem sicut homi-

Exordium. Narrat hypothyposi, quomodo Deus stans in cætu potentum, eos iudicat, & li-

Sermocinatione exposulat Deus cum tyrannu, quorum notatio est, quod inique iudicant vel donu corrupti, vel sua pro libidine: quod impie agant. Sit magistratus primum pius, curet Deum & religionem. Deinde sit amans iusticia.

A causis & effectibus, quia excæcati sunt malicia, ignorant Deum & iusticiam, non vident suos euentus, ideo turbantur & perent.

Ab excellentia dignitatis & officij ipsorum, quia Dij estis, similes Deo efficiencie quia ordinatio

A comminatione pat-

S a

na,

nes moriemini: & sicut vnus de principib. cadetis.

misereque peribitū, vs Saul & alij.

Exurge Deus iudica terram: quoniam tu hæredicabis omnes gentes.

officiū suum non facere. Ratio a fine & vili, vs tu sis Dominus omnium, & vere colari, & omnia efficiantur tua hereditaria vera, quam etiam aliquando donabis vita & iusticia altera.

ne, quia negligitū Deum & officium, ita non es sed miseri homines erit.

Ardenti petitione commendat gubernationē & defensionem pelmarū. Licet cum videat magis ista.

LXXXIII.

Psalmus canticū Asaph.

Petitorius est. Orat vs Deus Israhel, hoc est, Ecclesiam piorum defendat contra persecutores eius diabolos, eius satellites, tyrannos & sophistas, qui varijs rationibus ipsam opprimere conantur.

Occasio, ex hestium persecutione, qui enumerantur vsu sexto & sequentibus.

Locus communis. De inuocatione.

DEUS ne taceas: neque fileas: & nō quiescas o Deus.

obmutescas in eius causa. Silere est per imaginem auersantis, & nihil curantis, Synonymiam affectus parit.

Quoniam ecce inimici tui tumultuantur: & qui oderunt te extulerunt caput.

Contra populum tuū callide composuerunt cōsiliū: consularunt ad-

Tropomus. Defendit ecclesiam tuam, ne negligas eam, neque cesses conuerti: ne obfusces &

Confirmatio a necessitate, quam circumstantijs amplificat. Imago vs persecutorū Ecclesia qui sunt inimici et hostes Dei.

1. Quia inimici Dei, vbi pathos est.

2. Ab ast. bis, quia tu multuan-

uerfus^(a) absconditos^(b)
tuos.

Dixerunt, venite & dis-
perdamus eos de gente: &
non memoretur nomen
Israël ultra.

noti, Deo noti sunt, quos, per metonymiam, Deus regit & tuetur.

(b) Energia est in voce tuus, ter repetita.
5. *A minis & consilio permeso in ipsum, cum Amis, quia*
Ecclesiam Dei volunt funditus delere.

Quoniam consularunt
vnanimiter: simul aduer-
sus te fœdus compolue-
runt.

(c) Tabernacula Idu-
mæorum & Ismaëlitarum:
Moab & Agareni.

Gabal & Ammon & Amalech: Philistini cum
habitantibus Tyrone.

Etenim * Assur adiun-
git se illis: facti sunt in
adiutoriū (d) filijs Loth.
Sela.

Fac illis sicut † Midian
& * Sifaræ: sicut Iabin^(e)
in torrente Kiffon.

† Sicut Midianitis quos vicit Gedeon. * quem supera-
runt Barac & Dib-ra. (e) Regis Cananaeorum.

Disperierunt in Endor: facti sunt vt steruus
terra.

Pone principes eorum
sicut Oreb & Zeb: & Ze-
bee & Salmana, omnes principes eorum.

*multuantur, præ ira in-
firmant.*

3. *Confidunt sibi, & po-
tentia superbiunt.*

4. *Consilium capiunt
contra pios.*

(a) *quos mundus non
notat, Deo noti sunt, quos, per metonymiam, Deus regit & tuetur.*

(b) *Energia est in voce tuus, ter repetita.*

5. *A minis & consilio permeso in ipsum, cum Amis, quia*
Ecclesiam Dei volunt funditus delere.

6. *A multitudine eo-
rum, qui conspiraverunt,
horum est Apartithnesis.*

(c) *Synecdoche, Idu-
mas ab Edom Esau.*

† *Posteri Abrahæ &
Loth persecuti sunt Israe-
litas. Falsa Ecclesia, verã.*

* *Assyrii vicini Baby-
loniorum ultra Euphra-
tem.*

(d) *Moabitibus & Am-
monitis.*

*Orat ut Deus perdat
eos, a facili, ex antea illi.*

Iudicium 4. & sequent.

* *quem supera-
runt Barac & Dib-ra.*

(e) *Regis Cananaeorum.*

*Hos duces Midianita-
rum enervit Gedeon.*

Qui dixerunt, hereditate possideamus san-
ctuarium Dei.

Deus meus pone illos
vt (*) rotam : & sicut sti-
pulam ante faciem venti.

Sicut ignis, qui (f) cō-
burit syluam : & sicut flā-
ma comburens montes.

Ita persequeris illos in
tempestate tua : & in ira
tua turbabis eos.

Imple facies eorum ig-
nominia : & quærent no-
men tuum **DOMINE**.

Erubescant & contur-
bentur in seculum seculi,
& confundantur & per-
cant.

Et cognoscant quia tu,
& nomen tibi lehoua : &
tu solus altissimus in om-
ni terra.

Mimesis.

*A modo, per imaginem
quatuor.*

*(e) ut spiritu vertiginis
acti non consistant, sed
subito concidant et ut sti-
pule discendant.*

*(f) quia non timet
iudicium Dei.*

*Quæ in montibus suis
& crescunt, synecdoche.
Metaphorica sunt locutionis.*

Ut ea obruantur.

Iudicati confundantur.

*A causa finali, non ut
pereant si sint sanabiles,
sed conuertantur ad De-
um, qui erant, cognoscent,
& colant eum : sed si sint
insanabiles, accidat ea
quod petitur.*

*Quia tu solus ille
qui diceris, totius terre
verus & natura san-
ctus Deus & Dominus.*

LXXXIII.

*Psalmus filiorum Chorah, ad præcinen-
dum super Githith.*

*Pœtorius est. Orat ut liceat sibi esse & vivere in
templo Domini. Est quoque encomium Ecclesie
Dei, cuius membrum omnes pii & optant esse : ob-
seruentur autem appellationes figurata Ecclesie
veræ, quia dicitur Tabernaculum Dei, &c.*

Occo.

Occasio. Chorab videtur cecinisse hunc Psalmum, cum Dauid propter bella intestina exularet, & summo teneretur desiderio redeundi in sacrum castrum, in quo Deus vere colebatur, sicut & hodie colitur.

Locus com. est de inuocatione & de Ecclesia & eius membris.

Thest. Summa felicitas est, esse membrum castrum Ecclesiasticum Dei.

Quam dilecta (a) tabernacula tua Domine (b) Zebaoth.

enim habetur salus & vita.

(b) exercituum caelestium & terrestrium.
Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini: cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: & hirundo nidu sibi, vbi ponat pullos suos: (c) altaria tua * Domine Zebaoth, rex meus & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cui tu fortitudo es: & in corde eius semitae tuae.

Orditur, exclamans argumento a iucundo aut utili. Laudans Ecclesiam quod amabilis sit, in ea (a) Ecclesia, metaphoricè.

A suo desiderio, eoque ingenti, cuius est notatio: quod commune est sanctis.

Ab effectu fidei, letatur se esse membrum Ecclesiae: qua summa est felicitas.

Amplificat collatione suum desiderium. Ut auicula suum nidum cupide petunt: sic ego templum inuenio, ut audiam verbum & laudem Deum.

(c) Synecdoche pro tota Ecclesia.

* Ardenti confessione laudat Deum.

Ratio epiphonematica ab utili, quia summa beatitudo est esse in castris, laudantium Deum, habentium spiritum roborem, dilectionis, castitatis.

Quia Spiritu Dei fortes redduntur in fide, & confessione & cruce. Quia a Deo docentur & reguntur, & hoc tantum agunt cupido ut eant in caelum tuum.

Qui transit per vallem
lachrymarum: & fontem
fodit, certe benedictioni-
bus coronabitur doctor.

*Quia qui in miserijs la-
ius vita perferendo, et do-
cendi sanam doctrinam
laboribus patientes sunt,
benedicet eis Dominus &
succesum dabit.*

Pergunt de victoria in
victoriam, ut appareat in
Zion Deus.

*Quia non succumbent,
sed confirmati vincunt
diabolum, mundum, &
non quiescent donec ven-
turi in templum Domini &
crescent cognitione ad perfectionem.*

*A causa finali, ut presentia Dei in Ecclesia agnoscat, &
defensio piorum conspiciatur.*

DOMINE DEUS ZE-
baoth exaudi orationem
meam: auribus percipe
Deus Iacob. Sela.

*Propositio, Da ut sim
in Ecclesia tua, eamque
serua.*

A facili.

Protektor noster aspice
Deus: & respice in fa-
ciem (f) Christi tui.

*Ab honesto, Quia de-
fensor noster.*

vel Christo in quo credentes saluamur.

*(f) piorum, qui sunt
vincit a Spiritu sancto.*

Quia melior est dies vna
in atrijs tuis super mille
(g): malo federe in limi-
ne domus Dei mei: qua
habitare in tabernaculis
impiorum.

*Ratio a incundo & o-
titi, per collationem in-
parium temporum.*

(g) in mundo.

*Collatio locorum &
personarum. Mauult esse
se Laz. arum pius, quam*

*diues impius. Mauult esse minimus in caetu Dei, quam ma-
ximus inter impios.*

Quia sol & scutum DO-
MINVS DEUS: gratia &

*Amplificat Synonimi-
mo commodorum, qua
pios manent.*

Quia

gloriam dabit D O M I -
N V S : non priuabit bo-
nis eos qui ambulant in
innocentia.

*Quia docet eos veri-
tatem.*

Quia protegit eos.

*Quia gratis recipit in-
numerum filiorum.*

Qua gloria aeterna vite ornat.

Quia dat bona aeterna & temporalia.

D O M I N E Zebaoth,
beatus homo, qui sperat
in te.

*Concludit epiphonema-
te, Ergo beatitudo sum-
ma est nosse Deū, confide-
re ei in casu sanctorum.*

L X X X V.

Ad praecinendum Psalmus filiorum Chore.

*Petitorius est. Petit ut Deus populo suo propitius
sit: recipiat eum in gratiam, & pristinam feli-
citatem restituat. Hac autem felicitas comple-
ditur tam bona Ecclesia, quam externa & po-
litica. Praecipua felicitas consistit in perceptione
gratie Euangelicae, & honorum qua per Euan-
gelium nobis exhibentur, cuius hic insignis pictu-
ra habetur.*

*Occasionem praebuit ei ad hunc Psalmum penuria
verbi & commodorum politicorum.*

*Allegoria. Orat ut Deus liberet & saluet popu-
lum suum, exhibito Christo & fructibus Euan-
gelij eius.*

*Lectio com. De vera piorum felicitate. De Euan-
gelij effectibus. Eius autem hic multa finitiones
colligi possunt.*

Benedixisti D O M I -
N E terrā tuam: auer-
tisti captiuitatem Iacob.
Remisisti iniquitatem
plebi tuae: operuisti om-

*Orditur argumento a
facile: ex prioribus benefi-
cij; aut si de futuro intel-
ligatur, est ab honesto ex
certitudine promissionis.*

*Ex effectibus gratia
S s Euan-*

nia peccata eorum. Sela.

Euangelica.

Mitigasti omnem iram
tuam : auertisti à furore
iram tuam.

*Ea enim terra, id est,
Ecclesie sua sancti Dei,
Synecdoche.*

*Ea fideles liberantur
a peccatis ; per Excelesiam*

*Ea remittuntur & teguntur peccata praterita & herentia
in natura, & quidem sub umbraculo Mediatoris.*

Ea Deus definit irasci, aut sane remissus irascitur.

Consolare nos Deus
salutaris noster : & auerte
iram tuam à nobis.

Antecedens.

*Propositio. Antea fuit
isti benignus, vel promissisti
te fore propitium nobis.*

*Consequens. Ergo nunc fit quoque talis & verbo salutaris
nos consolare. Ergo noli perpetuo nobis irasci & nos punire, sed
inuisa, uiuifica, laetifica nos.*

Nunquid in æternum
irasceris nobis ? aut exten-
des iram tuam à generati-
one in generationem ?

*Ab occasione. Patitur
vehementem parit expro-
bationem. Tunc opprobrii
eruce putant Deum pro-
petuo irasciturum.*

*Definitiones Euangelij ex effectibus. Euangelium est ab-
bitio ira Dei : Est conuersio nostri.*

An non tu conuersus
uiuificabis nos ? & plebs
tua letabitur in te ?

*Est uiuificatio nostri.
Est leticia piorum in
peccatorum remissione.*

Ostende nobis Do-
MINE misericordiam
tuam : & salutare tuum
da nobis.

*Repetitur propositio.
Causa, propter miseri-
cordiam. Euangelium est
ostensio beneuolentia Dei
in nos.*

Audiam quid loquatur
DOMINVS Deus : quo-
niam loquetur pacem ad
plebem suam, & super san-

*Est quo salus donatur
credentibus.*

*Suo exemplo ad Euan-
gelium audiendum rati-
te nos exhortatur.*

*Quia est doctrina an-
nunciant*

atos suos, vt non conuer-
tantur ad stulticiam.

*efficiens. Est qua non reditur ad
stulticiam carnis.*

Veruntamen prope ti-
mentes eum salutare ipfi-
us: vt inhabitet * gloria
in terra nostra.

Vt (a) misericordia &
(b) veritas obuiant sibi:
(c) iusticia & pax oscu-
lentur se.

Vt (d) veritas de terra
oriatur: & iusticia (e) de
celo prospiciat.

enim acceptatio & remissio peccatorum.

(d) *diuina & politica proficit hominibus.*

Vt DOMINVS det
benignitatem: & terra no-
stra det fructum suum.

*Etiam boni status Republica. Nam vbi colitur verbum, se-
quuntur multe virtutes, vt veritas, benignitas, iusticia, pax,
etiam abundantia.*

Felicitas Ecclesie & politica promittitur.

Vt iusticia ante * eum
ambulet: & ponat in via
gressus suos.

* *Qui vult in regno Christi.*

*nuncians pacem, id est,
remissionem peccatorum
& tranquillas conscientias*

*Est, qua salutare nobis
timoribus ipsam adducit.*

Est gloria Ecclesie.

** vt felix sit status eius.*

*Pictura Christianis-
mi, cuius hac sunt praci-
pua bona.*

(a) *Qua misertus no-
stri Christum promissit.*

(b) *Qua promissu ste-
tit Deus, et Christum ex-
hibuit.*

(c) *Qua donantur
Christum acceptantes. est*

(e) redeat ad

*Pax conscientiarum
sequitur. Propoposita
sunt grata.*

*Potest quoque esse pi-
ctura boni status Republica. Nam vbi colitur verbum, se-
quuntur multe virtutes, vt veritas, benignitas, iusticia, pax,
etiam abundantia.*

*Per metonymiam iusti
erunt homines & recte
ambulabunt coram Deo.*

L X X X V I .

Oratio

Oratio Davidis.

Oratio est petitoria mire pathetica. Orat primum se regi a Spiritu sancto, ut sancte & innocenter vivat: Est enim vera vita sanctitatis Dei donum. Deinde ut sit contra hostes suos tutus: intelligit vero Saulem, Absolonem, & alios persecutores.

Occasio nata ex agnitione infirmitatis, et ex instantibus periculis. Potest & David esse typus Christi.

Locus communis. De invocatione.

Inclina (a) D O M I N E
laurem tuam & exaudi
me: quoniam inops &
pauper sum ego.

Custodi animam meam:
quonia sanctus sum:
saluum fac seruum tuum
Deus meus sperantem in
te.

ab impijs iudicor, ab honesto. 3. Quia te, ut basi nitor.

Miserere mei D O M I N E:
quoniam ad te clamaui
tota die.

Justifica animam serui
tvi: quoniam ad te D O M I N E
animam meam leuabo.

Quoniam tu D O M I N E
bonus & propitius:
& multæ misericordiæ
omnibus inuocantib. te.

Propositio mire pathetica, quinquies repetita & variata, & tot ratiombus amplificata.

(a) gestus exaudienti, 1. Ratio a necessariis, quia omni alio consilio & praesidio careo.

2. Quia in te credo tua benignitate sanctificatus, vel talis non sum qualem ab impijs iudicor.

4. Quia te innocens. Peristasis temporali tui quo cõtinuus orant.

5. Quia a te solo anima solatium expectat, si quis tuum auxilium laetitia animi.

Enthymemata sunt Rhetorica.

Confirmatio, ex habitibus animi, ut causis exauditionis, a natura eius & more. Quia sanctus, propitius, misericors.

Auri.

Auribus percipe D O -
M I N E orationem meā :

& intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ
clamaui ad te : quia exaudi-
dies me.

Non est similis tui in
(b) dijs D O M I N E : &
non est secundum (c) o-
pera tua.

*(b) D*omi*nus est similis tui in dijs D O M I N E : & non est secundum (c) opera tua. *(c) ut est creatiois, conseruationis totius vniuersi, liberationis & saluationis.**

Omnes gentes qual-
cunque fecisti venient : &
adorabunt coram te D O -
M I N E : & glorificabunt
nomen tuum.

Quoniam magnus es
tu : & faciens mirabilia, tu
es Deus solus. (d)

Doce me D O M I N E
(e) viam tuam : & ingre-
diar in veritate tua : vnias
(f) cor meum, vt timeat
nomen tuum.

(d) prater te non est alius, a quo tibi que vni fidam, te timeam & reuerear.

Confitebor tibi D o -
M I N E Deus meus in
toto corde meo : & glo-
rificabo nomen tuum in æternum.

*Repetitur propositio
propter affectum.*

*Ex necessario & fidu-
cia impetranda exaudi-
tionis & auxilij.*

*A facili, Quia nemo
est ipsi comparandus sa-
pientia, bonitate, potentia
& operibus a'ijs.*

*(b) inter heroes qui
(c) ut est creatiois, conseruationis to-
tius vniuersi, liberationis & saluationis.*

*A multitudine colen-
tium eum potentiam eius
laudat : Est enim Deus
omnium, & ab omnibus
agnoscitur & colitur.*

*Locus de vocatione
gentium.*

*Causa, quibus homi-
nes ad eum glorificandis
impellantur.*

*Præcipua petitionis pars:
petit se erudiri ab ipso.*

*(e) ut se vere cognosca-
cam, & viam vitam
tibi plecentem.*

(f) ut tibi assintiar,

*Ab utili vel remunera-
tione sollicitatio gra-
titudinis.*

Quia

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisi animam meam ex inferno inferiori. (g)

Deus (h) præfracti insurrexerunt contra me: & synagoga *potentiū quæsierunt animam meam: & non posuerunt te in conspectu suo.

Et tu DOMINE Deus miserator & misericors: tardus ad iram & multa misericordix & verax.

Respice in me & misere mei: da fortitudinem tuam seruo tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum (i) signum ad bonū, vt videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu DOMINE adiuuisti me & consolatus es me.

Ratio ex debito propter beneficia accepta.

(g) ex summa desperatione.

Ex potestate diaboli.

Anecessario ob superbiam, potentiam, multitudinem & impietatem hostium.

(h) violenti.

* Quia tantum suū viribus confident.

Peroratio alteram positionem habens.

Quia agit pro clementia sua non iusticia.

Quia longanimus.

Quia promissa facit.

Vt possem hostibus spiriti animo resistere, per Spiritum fortitudinis, ad Tim. 1.

(i) vt manifeste miraculosa sit liberatio mea: & inde tuus vult me fauor agnoscat.

A causa finali, vt presens Dei auxilium certetur, & hostes pudeant.

LXXXVII.

Psalmus cantici filiorum Chore.

Ehemicasticus est. Laudem enim & descriptionem Hierosolymæ continet. Allegorice intelligenda est Ecclesia Christiana, quæ est celestis Hierusalem.

rusalem. Est quoque consolatorius, ne p̄ij & afflicti Iudaei desperent de salute sua, cum in caelestem Ierusalem omnes etiam gentes recipiantur.

Loci communes. De civitate Dei aut Ecclesia Christi, qua est novi testamenti. De vocatione gentium. De cultibus novi testamenti.

Fundamenta eius in montibus sanctis. *Laudat a situ & loco, quia in locis editis monte Sion & Moria.*

A dignitate, quia in sanctis locis qua sua urbi & templo Deus elegit.

A fortitudine, quia natura munitis.

Ecclesia novi testamenti fundamenta iacta sunt & initia ceperunt ibi, ubi Christus docuit, & per apostolos cepit propagare verbum suum. Esai. c. 2. infra Psal. 110.

Diliget **DOMINVS** omnes (a) portas Zion, super omnia tabernacula Iacob. *A præsente aut Deo tutelari, Quia Dominus diligit & tutatur Ecclesiam suam, in qua ut tēplo suo vere habitat.*

(a) totam urbem, omniaque eius membra, Synecdoche.

Gloriosa dicta sunt de te (b) civitas Dei. Se-la. (c) *A celebritate & honorifica appellatione, Quia gloria Christi & regni*

quasi in ea celebratur, per Evangelium.

(b) Ter Metalepsin in qua resonat verbum, ut in Ecclesia.

(c) loco epiphonemate est.

Memorari faciam (d) Raab & Babylonem, ut cognoscāt me: ecce Philistia & Tyrus cum Aethiopia nascentur ibi. *A multitudine inco-lentium eam, in ea sunt Iudaei & gentiles, ut Aegyptij, Babylonij. Nam in hu quoque sunt Ecclesia Dei &c. horū ut no-torum per exochen sit mentio, & constat in his locis Apostolos docuisse. Ecclesia est cœtus collectus ex Iudaei & gentibus congregantibus Deum.*

(d) Esaiæ 30.

Et de-

Et de Zion dicetur, homo & homo natus est in ea: & ipse fundavit eam altissimus.

Ab autore & duratione eius, Deus fundavit eam, ergo subsistit.

DOMINVS narrabit in scripturis populorum, (e) iste natus est ibi. Sella.

A censu, Quia res sebit omnes ciues Ecclesie, quia omnes sunt ipsi in libro vite.

(e) cum emphasi dicitur, Quia iam hic, iam alius sit membrum Ecclesie cum mentium admiratione. Potest etiam de Messia insigne intelligi. A concordia & pacifica leticia laudatur Deus & aguntur ipsi gratias qui est verus cultus Deo debitus.

(f) ad tuam gloriam spectabunt.

LXXXVIII.

Psalmus cantici filiorum Chorab ad precinendum super Machalat propter afflictionem Heman Ezrabite, eruditium.

Petitorius est. Petit auxilium & liberationem a Deo in cruce & afflictionibus maximis. Primum est petitio & querela Christi saluatoris sustinentis iram Dei pro peccatis nostris, nulla verbis explicando supplicio. Deinde est precatio hominis agnoscentis & sentientis mortis horrores, iram & iudicium Dei in variis afflictionibus propter peccata sua, & tamen sub illis non plane desperantis, sed in fide ad Deum confingentis. Non enim blasphematur sed querulatur & orat.

Occasio. Hæc nata est vel ex morbo aut persecutione Davidis vel Hamanij Psalmorum principis, 1. Reg. 4. 1. Paralip. 6. Estq; pietura hominis supra modum afflicti & animo & rebus externis, in quo etiam usus Psalmi conficitur. Ideo totus est Scheliasiticus.

Locus communis. De invocatione. De gravitate sensus ira Dei.

DOMINE Deus salutis meæ in die clamaui & nocte oram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precationem meam.

Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquavit.

Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio.

bundi & videntis mortem in oculis querela. 3. Quia ita angor, ut qui est proximus morti. 4. Quia careo omni praesidio, imago ad mortem damnati.

Inter mortuos desertus sum, sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memoria amplius: & ipsi de (a) manu tua repulsi sunt.

(a) defensione & tutela qui se a Deo derelictos queruntur.

Posuerunt me in lacu

Propositio. Exaudi orationem meam, aucta synonymia & circumstantijs, persona, causa & temporu.

Confirmatio a summa necessitate, qua describitur copiose, & mirifice exaggeratur, ut magnitudo malorum in quib. fuit conficiatur.

1. Quia opprimor malis.

2. Quia a morte parum absum. Est despera-

3. Quia ita angor, ut qui est proximus morti.

4. Quia careo omni praesidio,

imago ad mortem damnati.

5. Similitudo ab ijs,

qui cum mortuis simul

abijciuntur, aut pro mor-

tuis habentur, vel in magna

strage inter cadavera

occisorum ipsi vulnerati

iacent.

6. A posteriori, Sepul-

crum sum

T

crum sum

inferiori : in tenebris & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus : & omnes fluctus tuos induxisti super me. Sela.

Longe fecisti notos meos à me : posuerunt me abominationem sibi : in carceratus sum & nō possum egredi.

sunt, qui sentiunt iram Dei ac nisi a Deo liberentur, perunt.

Oculi mei languerunt : propter afflictionem clamavi ad te **DOMINE** : totā die expādi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia ? aut mortui resurgent & confitebuntur tibi ? Sela.

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam ? & veritatem tuam in perditione.

Nunquid cognoscetur in tenebris mirabilia tua, & iusticia tua in terra obliuionis ?

Et ego ad te **DOMINE** clamavi : & mane oratio mea praeueniet te.

ius sum in inferno, tui aduersus est de me. Synodoche.

7. Quia tu mihi impcabiliter irasceris.

8. Quia ut naufragus fluctibus obruor.

9. Quia amici fugiunt a me ut a re abominabili.

10. Quia tanquam captiuus teneor. Metaphor. vere uincti & in carceribus.

11. Ex effectibus nimis doloris, languor oculorum. Ab honesto, in desinentia inuoco te, ergo me uas, scintillam fidei retinens, non desperat, sed orat.

Rationes ab inutili, vel causa finali : Ne sciam me perire : quia mortui non laudant.

Serua me, ut celebretur nomen tuum.

Ab occasione inueniendae inna me dum adhuc est uita spes.

Expolitio est.

In sepulchro. Nam mortuorum facile obliuiscimur.

Peroratio, Quare me clamantem exaudi.

Ut quid

Vt quid D O M I N E repellis animā meam ?
abscondis faciem tuam a me ?

Redis ad querelam.

Afflictus sum ego &
exanimatus a iuuentute
mea : tuli terrores tuos
fere vt deficiam.

*Repetitio prioris ne-
cessitate simplici orati-
one.*

In me transferunt irā
tuā : & terrores tui con-
turbauerunt me.

*Recte ergo afflictiones
de terroribus & horrori-
bus internis intelligūtur.
Effectus sensus ira Dei.*

Circumdederunt me
sicut aqua tota die : circumdederunt me simul.
Elongasti a me amicum
& proximum : & notos
meos propter miseriam.

*A naufragis, Meta-
phora.*

*Causa, propter tempo-
ra nebula deseruit ab
amicis : neque ullus adest
qui ipsi opem ferat.*

L X X X I X.

Eruditium Ethan Ezrahite.

Hic fuit frater Hemanis.

Petitorius est & didascalicus. Precatur enim au-
tor vt Deus Ecclesiam suam perpetuo seruet. Et
est propheta de Christo & regno eius, quod do-
cet aeternum esse & spirituale. Continet quoque
magnificas Christi, regni & fundamentorum
atque ornamentorum eius descriptiones, & lau-
dationes, & iccirco est quoque Encomiasticus.
Occasio iuxta historiam, de promissionibus Davidi
factis & regni eius successu ac felicitate, vt est in
2. Regum 7.

Loci communes. De regno Christi spirituali,
quod est iusticia, pax & gaudium in Spiritu
sancto. De aeternitate eius. De promissionibus
factis Davidi & pijs omnibus, qua sunt intelli-

T 2

genda

genda de futuro Messia ex semine Davidi nasci-
turo qui sit in Ecclesia sua regnaturus, & in quo
sit illum factus perpetuum cum populo Dei.

Misericordias **D**o-
MINI in æternum
cantabo : in generatione
& generationem annun-
ciabo veritatem tuam in ore meo.

Proposit, se beneficia
Dei perpetuo celebra-
rum. Estque argumen-
tum ab utili.

Quoniam dixi, in æter-
num misericordia^(a), ædi-
ficabitur : in cœlis præpa-
rabitur^(b) veritas tua.

Exponit que sint ben-
ficia Domini. Est ab ho-
nesto ex promissione iur-
iurando confirmata, Quia
Evangelij beneficia in
æterna, in Christo exhibitæ, quæ sunt Dei agnitio, læticia, in-
ficia & vita æterna. (a) hæc erit constans & firma.

(b) vera bona non umbra.

Posui testamentum e-
lectis meis : iuravi David
seruo tuo.

A fœdere ista cum
Davide & sanctis.

Vsq̄ue in æternum præ-
parabo semen tuum : &
ædificabo in generatione
& generationem thronū
tuum. Sela.

Sermo tribuitur Da-
vide. Quid promissus? Reg-
num Christi fore æternū
& spirituale. Sed non
scitur ex Davide fieri
dum carnem.

Confitebuntur cœli mi-
rabilia tua **D**OMINE : &
veritatem tuam in Eccle-
sia sanctorum.

Ab utili. Cælestium
minime per synedech. &
ministri Christi prædica-
bunt eum & colligent in
Ecclesiam docendo Evan-
gelio eius, Sermo enim Dei patris est
veritas, Joh. 17.

Quoniam quis in nu-
bibus æquabitur **D**o-
MINO? quis similis erit
DOMINO inter filios
Deorum?

A facili propter omni-
potentiam, Quia nemo
potest æquiparari ei.
Est laus & descriptio
persona Christi veri Dei.
Deus

Deus potens in concilio sanctorum : magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

DOMINE Deus Zebaoth quis similis tibi? potens es DOMINE, & veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris tempestatem fluctuum eius tu mitigas.

Tu contriivisti sicut vulneratum (b) Rahab : in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cœli & tua est terra : orbem terræ & plenitudinē eius tu fundasti,

Aquilonem & meridiem tu creasti : (c) Thabor & (d) Hermon in nomine tuo exultabant.

Tuum brachium robustum : roboras manum tuam : & exaltas dextram tuam.

Quia valde strenuus est in protegendis, & potens in repellendo diabolo & saluandis suis.

Quia multum terribilis & ab omnibus timeudus, maxime ab hostibus & diabolo, qui contremiscit audito nomine eius.

Quia potentissimus in destruendis operibus diaboli, Ioh. 8.

Quia veracissimus in seruando fœdere suo.

Quia Dominus maris. Probatur et amplificatur potentia eius.

Ab actibus.

Quia maria & venti obediunt ipsi. Matth. 8.

Quia vincit hostes potentissimos in redimenda, liberanda & seruanda Ecclesia.

(b) Egyptum.

Quia omnium rerum auctor & Dominus.

Distributio.

(c) occident. Mons in Galilea.

(d) Oriens.

Montes in regno Israelico: in quo erat alta & pulchra sedes Ecclesie & domicilij Dei, quod ipse virtute sua contra omnes defendit.

Quia fortis es ex actibus.

Iusticia & iudicium fir-
mamentū sedis tuæ : mi-
sericordia & veritas præ-
cedent faciem tuam.

*iusticia gratuita Euangelio, & quidem per Dei misericordiam
atque promissorū veritatem.*

Beatus populus, qui
scit iubilationem : D O -
M I N E in lumine vultus
tui iubilabunt.

afficitur læticia etiam in cruce.

Et in nomine tuo exul-
tabunt tota die : & in iu-
sticia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtu-
tis eorum tu es : & bene-
uolentia tua exaltabitur
cornu nostrum.

Quia D O M I N V S est
scutum nostrum : & san-
ctus Israël rex noster.

Tunc locutus es in vi-
sione (d) sanctis tuis : &
dixisti : posui * auxiliato-
rem præpotentem : & ex-
altavi electum de popu-
lo.

Inueni David seruum
meum : oleo (e) sancto
meo unxi eum.

Manus enim mea au-
xiliabitur ei : & brachi-

*A quatuor præcipuis
ornamentis & præcipuis
regni eius. In quo argu-
tur mundus de peccati,
vero iudicio : & offertur
per Dei misericordiam*

*Ab effectibus exhibitis
Christi & Euangelij an-
nunciati, Quia populus
angusta voluntate benigna
& præsentia Dei, ingenti*

*Quia a Deo iustificati
& acceptati vere lætati-
tur, eritque gaudium per-
petuum, gaudentes gaudi-
bunt in Domino, Esa. 62.*

*Quia Christus est fir-
mitudo eorum, per quem
omnia adversa perfertur,
& inferorum portas va-
cunt.*

*Sola benevolentia Dei
potentes sunt, omnia va-
cant etiam in morte.*

*Redit ad locum huius-
modi ad promissionem Da-
vid factam, que investi-
gatur de futuro Messia,
2. Reg. 7.*

*(d) Modus pascuisti-
nis divina. Prophetia.*

** Sphilo, felicem, cui
omnia cedunt.*

*Describit Christum sub
typo Davidis.*

(e) feci illum regem.

Oleo læticia donantur pp.

vi liti

um meū cōfortabit eum.

Nihil proficiet inimicus
contra eum : & filius iniquitatis non affliget eum.

Et concidam à facie ipsius inimicos eius : & odientes eum percutiam.

Et veritas mea & misericordia mea cum ipso : & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius : & in (f) fluminibus dexteram eius.

Ipsē vocabit me pater meus es tu : Deus meus & petra salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illum : excelsum præ regibus terræ.

In æternum seruabo illi misericordiam meam : & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semen eius : & thronum eius sicut dies cœli. (g)

Si autem dereliquerint filij eius legem meam : & in iudicijs meis non ambulauerint.

ut latu animū acquiescās in Deo, 1. Regum 16.

Promittit ei auxilium & robur.

Promittit victoriam contra Saulē & alios, contra diabolu & satellites eius. Hos victurus est deque illu magnifice triumphaturus; Coloss. 2.

A proprijs attribuit. Christus erit verax & misericors, hæc erit præcipua ornamenta regni eius.

Ab amplitudine regni eius, Zach. 9.

(f) Propter Palæstinos, Syros & alios, 2. Reg. 5.

A dignitate appellationibus, quia erit filius Dei & primogenitus. Multiū ergo differt a reliquis regibus etia ipsi, qui in hoc rege salui sunt & tantum filij adoptiui.

A beneficij Dei & fide in ipsam.

A regni æternitate, Luca 1.

(g) qui sunt perpetui, ergo thronus eius.

Anthypophora.

Minatur pœnas contumacib. & transgressorib. præceptorum, si d. agentib. penitentia nō vult denegare gratiam promissam.

T 4 Si f. a.

Si statuta mea prophanauerint : & mandata mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum : & in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autem meam non auferam ab eo : neque mentiar in veritate mea.

Neque prophanabo testamentum meum : & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iuravi per sanctitatem meam, non mentiar Dauidi,

Semen eius in æternum manebit : & thronus eius sicut sol in cōspectu meo.

Et sicut Luna permanebit in æternum : & (k) testis in nubibus fidelis. Sela.

At tu repulisti & abominatus es : exarsisti contra Christum tuum.

Irritum fecisti testamentum serui tui : prophanasti ad terram (l) coronam eius.

Destruixisti omnes (m) muros eius : posuisti munitiones in eius destructionem.

Addit promissionem misericordiam consolatoriam, vult quidem punire peccantes, non ut perdat, sed ut in viam reuertat & sanet.

Amplificat promissionem Dauidi factam in reuertendo.

De aternitate regni Christi per collationem.

(k) Arcus calypso Genes. 6. Esa. 54.

A necessario. Est nuda et quasi expulsiua, quod a Deo deseruatur Dauid non seruatur promissis. Vaticinatur de calamitatibus, quib. aliquando obruentur Iudæi ab Assyrijs, Babilonijs, Antiocho, Romanis, & hæc, quasi iam acciderint, narrat.

(l) regiam dignitatem & ornamentum.

(m) Urbis Ierosolymæ. Diti.

Diripuerunt eum omnes transeuntes viam : factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram deprimentium eum : lætificasti omnes inimicos eius
Auertisti aciem gladij eius : & non erexisti eum in bello.

Cessare fecisti mundiciem eius : & sedem eius in terram collisisti.

Abbreviasti dies iuuentutis eius : operuisti eum confusione. Sela.

Vlquequo D O M I N E absconderis in perpetuum ? exardescet sicut ignis ira tua ?

Recordare quam brevis vita mea : nunquid frustra creasti omnes filios hominum.

Quis vir viuere & non videbit mortem : eruet animam suam de manu inferni ? Sela.

Vbi sunt misericordiæ

Mira hypotyposis fœuitie tyrannorum in vicios Iudeos & Ecclesiam Dei.

Ita eos obicit petulantia & libidini hostili.

Non defendisti eum & passus es perire.

Exuisti eum regia maiestate.

Ut morte præmatura interiret præ lætibus.

Ignominia.

Peroratio habens propositionem petitionis, quæ est ut Deus tueatur & seruet Ecclesiam. Pathetica est valde.

Causæ quare non nimium irasci debeat Deus suis & suos potius defendere quàm in ira perdere.

A vita breuitate hominum, pathos.

A fine, quia non ideo conditi sunt homines ut pereant, sed ut viuant & glorificent Deum.

A communi necessitate moriendi.

Locus communis est.

T 5 tuas

tux antiquæ **D O M I -**
N E : sicut iurasti Dauid
 in veritate tua?

*A facili, exerat solitam
 misericordiam, & seruis
 sedus ictum de miseri-
 cordia exercenda.*

Memor esto **D O M I -**
N E opprobrij seruatorum
 tuorum : quod multarum
 gentium portavi in sinu
 meo.

*A necessario & hont-
 sto, quia opprobrij affici-
 tur Ecclesia, que tamen
 patienter fert.*

Quod exprobrauerunt
 inimici tui **D O M I N E** :
 quod exprobrauerunt *
 ventrigis Christi tui.

*Plantis, vel minimi
 etiam tuis imitatoribus,
 vel exprobrant tardita-
 tem vestigiorum, id est,
 aduentus Christi quasi
 nunquam assuturi.*

Benedictus **D O M I -**
N V S in aeternū, Amen,
 Amen.

** Significat certo futu-
 rum esse quod dixit.
 Clausula eucharistica.*

LIBER QVART.

X C.

Oratio Moysi viri Dei.

*Petitoria est oratio. Precatur Moyses ut docen-
 te Deo homines miseriam sortem suam cogno-
 scant, & ad veram Dei cognitione perveniant :
 ac Deus ipsis desinat irasci, & in his erumnis cō-
 soletur & saluet. Occasionem ei praebeat miseri-
 rime conditionis hominum consideratio.*

*Loci communes sunt. De invocatione. De miserijs
 humane vita. De causa mortis & calamitatu.
 De resurrectione & vita aeterna. De usu legis,
 & Evangelij effectibus. Et observentur multa
 figurate espressiones vita humana.*

Domine